

*Missa in Festo divini Sacerdotii D. N. J. C.*

3

Quæ circumstat prostrato-  
rum

Turba sacra seniorum ,  
Cleri sunt primitiae .

Immolati servierunt ,  
Immolato se junxerunt ,  
Nunc consortes gloriae .

Ubi Christus est magister ,  
Illic ejus est Minister ,  
Eius sedens folio .

Patri placet honorare ,  
Quos præcepit ministrare  
Se litanti filio .

Viri desideriorum ,  
Fructus metunt labiorum  
Deo confitentium .

Qui nos olim præcesserunt ,  
Nostras modo preces ferunt  
Sibi nocti præmium .

Tædet terris permanere ,  
Christo juvat confedere ,  
Quis det cœlo nos completere  
Nostrum ministerium !

Pars , ô Jesu , Sacerdotum ,  
Nostrum , Jesu , bonum to-  
tum ,

Veni cito , reple votum  
Corde te quærerentium .

Princeps pastor , pastor bone ,  
Emptos tua passione ,  
Tua sacros unctione ,  
Mente , verbis , actione

Fac nos tibi similes .

Quos Ministros das vocari ,  
Fac nos tecum commorari ,  
Tecum mente conversari ,  
Ate numquam separari ,  
Tu , qui salvas humiles .  
Amen . Alleluia .

Sequentia sancti Evangelii  
secundum Matthæum .

*Cap. 5.*

**I**N illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ quod si sal evanuerit , in quo salietur ? ad nihilum valet ultra , nisi ut mittatur foras , & conculcetur ab hominibus . Vos estis lux mundi . Non potest civitas abscondi supra montem posita . Neque accendunt lucernam , & ponunt eam sub modio , sed supra candelabrum , ut luceat omnibus qui in domo sunt . Sic luceat lux vestra coram hominibus , ut videant opera vestra bona , & glorificant Patrem vestrum qui in cœlis est . Nolite putare quoniam veni solvere legem , aut Prophetas : non veni solvere , sed adimplere . Amen quippe dico vo-